Peruvia pro Regem rebellasse fama fert, tenuis adhuc est incerta. Quinque naves Hispanicæ ex Gaditano portu solventes Naufragium fecerunt: et quæ Neapoli in Hispaniam solverant, militem transportaturæ eadem tempestate perierant.

Fessa rex bello contra Vicinum Marocanum impeditus auxilia Lusitanis negavit.

DECEMBER

Ajunt Hortensiam Mazzarini neptem Angliæ Regi cum immensa pecunia uxorem offerri. At Angli affectam Cardinalis dubiumq valetudinem ad animum revocantes, neq ullum affinitatis nisi in ejus persona pretium, nuptiarum cum Hortensia negotium lente et suspenso pede moderantur. 12. dec: